

Fratris Ioannis Annii Viterbensis ordi-
nis prædicatorum Theologiæ professoris:
super opera de Antiquitatibus cõfecta
Prefatio incipit.

Heologi officium est: rerum
ueritatẽ/principue quæ ad res
diuinas spectat: & ad eã p-
ducit: pquirere: iuenire: fir-
mare: aperire: atq; p uiribus elucidare/
docere/ac tradere. Nec deesse illum de-
cet uirtuti diuinæ pietati: quæ nõ mo-
do in deũ/uerũ etiã in patrem ac patriã
diffunditur: inter quæ amor/& eternitas
rerum gestarũ/& antiquitas/ac splendor
eius/& defensio/tum armis tum scriptis
enumerant. Hec ego in his meis scrip-
tis/pro patria & Italia/immo & Europa
tota pfitior. Ornatũ uero & elegantia
nõ profiteor: sed solã & nudam ueritatẽ
Quare cuilibet cedo/in copia & ornatu
dicendi. At in iuenta ueritate/ illis solis
palmã concedo/ & eos censors sequar:
qui contra me produxerint nõ tantũ ut
blacterones & uerbosi uerba/ sed potio-
res auctores/& certiora argumẽta. Qui
uero infirmiora his argumenta/aut iu-
niores autores obiecerint: utiq; eadẽ fa-
cilitate contempnent/qua proferet. Hec
enim mea opera iudices equos & erudi-
tos censors: nõ uerbosos desiderant. Si
quis uero in his legerit quæ illũ offen-
dat: ante bene examinet q̄ iudicet. At si
quis obiicere cupit: nõ expectet id age-
re cũ mortuus fuero: quia tũc cũ laruis
& umbris pugnabit: qd̄ ẽ timidi simul
& ignorantis atq; inuidi officium. Me ui-
uente obiciat: & illico responsiones refe-
ret. Ordo autẽ librorũ erit pliniano mo-
re: ut in hoc primo libro/ omniũ librorũ
sequentium titulos/& capitula/& autores
prenotem: & inde singulos libros singu-
lariter digeram. ¶ Finit præfatio.

De omnibus operibus sequentibus
Primus liber incipit: qui est secũdi
libri & aliorum digestio.

Secũdus liber est de nouem institutio-
nibus Etruscis/ ad eosdẽ catholicos His-
paniarum principes.

De nominibus equiuocis: Diua Vol-
turna: Voltornus: Palatua: Flora: Furi-
na: Falucer: Luceres: Pomona: Pomo-
nusq; pater: Etruria: Turrena: Voltur-
na: Tusca: Thuscia. ¶ Ex auctoribus.
Aristotele. M. Varrone. T. liuio: Fabio
pictore: Ouidio: Virgilio: Hieronymo:
Ptolomeo: Plinio: Ennio: Iunio: Tolũ-
nio Tusco: Gotifredo Viterbenſi: Sem-
pronio: Seruio: Dionysio Halicarnasseo
Propertio: Catone: Suetonio: Antonino
Plutarcho: Myrsilo: Valerio Maximo:
Helio Spartiano.

Secunda institutio.

Qd̄ Turrena: Volturrena: Etruria: Vol-
turna significant eandẽ urbem turritis
edibus extructã: & q̄ omnis Etruria &
Voltursena est Tursena: sed nõ conuer-
titur. Et q̄ urbs Etruria fuit Tetrapolis
regia: & eius portionibus regia munera
tributa. Et q̄ hec tria nomina Etruria:
Turrena & Volturna sunt sinonima si-
cut Marcus Tullius Cicero. ¶ Ex au-
ctorib; Dionysio Halicarnasseo: Myr-
silo: Xenophote: Sillio Italico: Berolo:
Manethone: Proptio: Virgilio: Plinio.

Tertia institutio.

Qd̄ portiones urbis Etruriæ sunt Arba-
num: Tusca: Volturna & Vetulonia. Et
q̄ ea est iuxta lacũ Vadymontus habes
a tergo iuga cyminia: a fronte Volsiniẽ-
ses: a sinistris amnẽ Bleranũ & Tarqui-
nienses: & a dextris thyberim: ubi finiti-
ma Umbriæ. Et q̄ ea urbs ẽ/ ubi tractus
Umbriæ/ Salevmbrone: & nũc Viterbũ
Lucumoniũ. Et cur Vetulonia cum sit